



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ad annum Christi 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118618

§. 3. Canonis forma a venetis Oratoribus proposita.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

§. III.

Sæcul. XVI.
A. C. 1563.

*Canonis forma a Venetis Oratoribus
proposita.*

His prolatis Canonem ejusmodi ver- *Pallav. l. 8.*
bis confici posse ajebant: „ Ana-
thema sit, si quis dixerit, sacrosanctam
Romanam, Catholicam, & Apostoli-
cam Ecclesiam, quæ Mater, & Magi-
stra aliarum est, errasse, aut errare,
cum docuit, & docet, propter adulte-
rium alterius conjugum, matrimo-
nium non posse dissolvi, nec utrumque,
vel etiam innocentem conjugem, qui
causam adulterio non dedit, debere
novum matrimonium contrahere, mæ-
charique eum, qui dimissa adultera
alteram duxerit, & eam, quæ dimisso
adultero alteri nupserit. „

Vespere eadem die in quadam Con-
gregatione hæc Venetorum Oratorum
petitio unacum norma ab eis proposita
discutiebatur, ubi Patrum non pauci
censebant, eorum precibus esse deferen-
dum: quapropter conclusum, anathe-
ma duntaxat esse pronuntiandum in il-
lum, qui dixerit, Ecclesiam errasse, aut
errare, dum docet, quod matrimonii
vinculum per adulterium non dissol-
vatur.

Ff 2

§. IV.